



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

**Parisiis, 1644**

VIII. Quod de clero, ex familiis fisci nullus vnquam postulet a rege; & qui acceperit, irrita talis donatio maneat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15221**

gali, communem vtilitatem habeant, & non sub  
vno conclaui maneant: & certe si suffragatur vir-  
tus, in aliam domum suam vxorem faciat habita-  
re; vt castitas & apud Deum & homines habeat  
testimonium bonum. Si quis vero post hanc con-  
ventionem obsecene cum vxore elegerit viuere,  
\* vt lector habeatur. Qui vero semper sub Canone  
ecclesiastico iacuerunt, si contra veterum impe-  
rata in suis cellulis, mulierum, quæ infamem suspi-  
cionem possunt generare, consortium habuerint,  
illi canonice quidem distingantur, mulieres vero  
ipsæ ab episcopis venumdatae, precium ipsum pau-  
peribus erogetur.

V I.

12. q. 2. de-  
libertis.

De libertis autem \* id Dei præcipiunt sacerdo-  
tes, vt si qui ab episcopis facti sunt secundum mo-  
dum quo Canones antiqui dant licentiam, sint li-  
beri; & tamen a patrocinio ecclesiae tam ipsi, quam  
ab eis progeniti non recedant. Ab aliis quoque liber-  
tati traditi, & ecclesiis cōmendati, \* patrocinio epi-  
scopali regantur, a principe hoc episcopus postulet.

VII.

Dist. 44.  
Pro reueren-  
tia Burch.  
lib. 2. c. 169.  
Iuo P. 6. c.  
260. Raba.  
1. p̄en. cap.  
281. Eadem  
dist. c. Quo-  
modo au-  
tem.  
Vide de or-  
dine in con-  
uiuio sacer-  
dotum fer-  
uando: &  
in Conc.  
Brac. II. in  
decretis  
Martini  
c. 62.

Pro reuerentia Dei sacerdotum, id vniuersa  
sancta constituit Synodus; vt quia solent crebro  
mensis otiosæ fabulæ interponi, in omni sacerdo-  
tali conuiuio lectio scripturarū diuinarum miscea-  
tur. Per hoc enim & animæ ædificantur ad bonum,  
& fabulæ non necessariæ \* prohibentur.

VIII.

\* Innuente atque consentiente domino piissimo  
Reccaredo rege, id præcipit sacerdotale Conci-  
lium,

ANNO  
CHRISTI  
589.

\* vt nec  
lector, sed  
vt negle-  
ctor

\* hoc  
præcipit  
S. Syno-  
dus, vi  
qui pri-  
mogeniti  
vel di-  
coni à  
episc.

\* patro-  
cinio epi-  
scopi col-  
ligantur,  
& ne cu-  
quam do-  
nentur,  
hoc a  
principe  
episco-  
pus

\* repro-  
bantur.

\* Iubente

ANNO CHRISTI  
589. lium, ut clericorum ex familia fisci, nullus audeat  
a principe donatos expetere; sed reddito capitis  
sui tributo ecclesiæ Dei, cui sunt alligati, usque dum  
vivunt, regulariter administrent.

IX.

Decreto huius Concilii hoc statuitur, ut eccle-  
siæ quæ fuerunt in heresi Ariana, nunc autem sunt  
catholicæ, ad episcopos cum suis rebus pertineant,  
ad quos parochiæ ipsæ, in quibus ecclesiæ ipsæ fun-  
datæ sunt, pertinere videntur.

X.

Pro consultu castitatis, quod maximehorta-  
mento Concilii proficere debet, annuente domi-  
no nostro gloriofissimo Reccaredo rege, hoc san-  
ctum affirmat Concilium, ut viduæ, quibus placue-  
rit \* tenere castitatem, nulla vi ad nuptias iterandas  
venire cogantur. Quod si priusquam profiteantur  
continentiam, nubere elegerint, illis nubant, quos  
propria voluntate elegerint habere maritos. Similis  
conditio & de virginibus habeatur, ne citra volun-  
tatem parentum vel suam cogantur maritos acci-  
pere. Si quis vero propositum castitatis viduæ vel  
virginis impedierit, a sancta communione, & a li-  
minibus ecclesiæ habeatur extraneus.

32. q. 2. Hoc  
sanctum  
confir.  
Burch. li. 8.  
c. 44. Decr.  
Iuo. p. 7. c.  
62. & p. 8.  
c. 19.

Iuo p. 8.  
c. 18.

\* teneant  
castita-  
tem, &  
nulla vi-  
dua ad  
nuptias  
iterandas  
vi venire  
cogatur.

XI.

Quoniam comperimus per quasdam Hispaniarum ecclesias, non secundum Canonem, sed fœdissime pro suis peccatis homines agere poenitentiam, ut quotienscumque peccare libuerit, totiens a presbytero se reconciliari expostulent; & ideo pro coercenda tam execribili præsumptione,

Concil. Tom. 13.

Q